1777

minicam Conductus Paschae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 14/IV 1670

Łapinski Gnoso Ostrzycki Judici Terrae Sanocen Cedit. 240

Ex Copia Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Gnosus Florianus Łapinski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castren Capitan Premislien Jurisdictioni quo ad Actum soderusum attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse inhaerendo literis Consensus Sacrae Regiae Mtis sibi recognoscenti ad infrascripta peragenda per eandem Sacram Regiam Mtem gratiose collatis manuq eiusdem Sacrae Regiae Mtis propria subscriptis et Si

gillo Maioris Cancellariæ Regni obsignatæ atq Officio præsenti reproductæ. Quarum quidem literarum tenor est eiusmodi. Michael Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kioviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Kioviæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviaeq. Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest Universis et singulis Consensisse Nos et permisisse consentireq et permittere hisce literis Nostris Gnroso Floriano Zuginske, Ut possit et Valeat, de toto et integro Iure suo Advitali sibi super Advocatias in Villis Lipnica Drikowiec et Wola Ranirowska atq Molendinum Marat dictum in Capitaneatu Sandomirien. sitas serviente et competenti cedere illudq in personas Gnrosorum Matthiæ Stanislai Ustrzycki Iudicis Terræ Sanocensis et Martianæ Brzezinska Coniugum legmo modo transferre et plenarie transfundere. Quæ quidem Cessio Iurisq transfusio posteaquam Coram Actis quibuscunq Regni authenticis facta et recognita fuerit. Nos eam ratam et gratam habituri sumus, Ut eam quæ accedente eodem Consensu Nro Regio peragetur eiusdemq Cessionis et præsentis Consensus Nri Vigore præminati Gnrosi Cessionarii ambo in solidum, Vel Uno Vita functo alter eorum superstes tam coniunctim quam divisim easdem Advocatias cum Molendino agrisq pratis, Campis, Sylvis, pascuis, Stagnis, fluviis, piscinis Subditis eorumq laboribus, Censibus, datiis, obventionibus attinentiisq et pertinentiis Universis, nullis exceptis, tenebunt, habebunt, et possidebunt, ad extrema Vitæ suæ tempora. Promittimusq pro Nobis

et Serenissimis

et Serenissimis Successoribus Nris Non esse Nos Serenissimosq Successores Nros, ab Usu et pacifica dictorum bonorum possone amoturos neq amouendi cuipiam facultatem daturos, sed Saluum et integrum Jus Aduitale eisdem ambobus conseruaturos. Ipsis vero Vita functis non-prius dicta Aduocatia, ad Nram Serenissimorumq Successorum Nrorum dispositionem redibit quam Summa in literis originalibus ex-pressa vel ex taxa Commissariorum quaevis Successoribus eorum in-tegre numerata et persoluta fuerit. Juribus Nostris Regalibus Rei-publicae Ecclesiaeq Catholicae Saluis manen. In cuius rei fidem prae-sentibus manu Nra subscriptis Sigillum Regni est appressum. Datum Cracoviae die XXV Mensis Octobris Anno Dni MDCLXIX. Regni Nostri Primo Anno Michael Rex Locus Sigilli Minoris Can-cellariae Regni Generosus Zapinski Aduocatiis supraspecificatis in Capi-taneatu Sendomirien sibi cedit, in personas Grosorum Ustrzyckich coniugum Hieronimus Pinnoci Regiae Mtis Secretarius. Post quarum literarum ingros-sationem eidem Offerenti originale per Officium praesens extraditum est. De omni et integro Jure suo infrascripto Aduitalitio quod sibi recogno-scenti super Aduocatias in bonis Villarum Lipnica Dzikowiec, et Wola Ra-nizowska atq Molendinum Marat dictum in Capitaneatu Sendomirien sibi seruit et competit. Nec non de eisdem ipsis bonis Aduocatiarum Nratarum in Villis supradictis sitis tum quibusuis Juribus Priuilegiis literis gratiis inscriptionibus Summisq quibusuis bona eadem quouis modo afficien. Dctis Commis-sorialibus dispositionibusq inde de praemissis lationibus eisdem bonis quouismo-do seruientibus. Cum omni praemissorum Jure Dominio proprietate competen-tiaq et praerogatiua, quanta omnibusq et singulis Jurisq eorundem Cessa ac Pri-uilegiorum sup bona praefata seruientium conditionibus, punctis clausulis Articulis ligamentisq ac nexibus in Uniuersum omnibus bonorum quoq

1780

suprascriptis et Summarum in eisdem bonis haren. Utilitatibus fructibus proventibus redditibus, commodis, emolumentis, et obventionibus quibusvis attinentiisq et pertinentiis glo Universis, nihil ex praemissis Juris Dominii proprietatis, ac cuiusvis competentiis et praerogativis pro se recognoscente suisq Successoribus, aut quopiam alio reservando et excipiendo Verum prout praefata bona se in suis metis et limitibus, ab antiquo extendunt et protenduntur, et prout eadem ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumq concernebant, ac eidem legitime serviebant. Jam ex nunc et de facto Generosis Matthiae Stanislao de Urikow Ustrzycki # et Marianna Brzezinska Coniugibus legitimis accepta ab ipsis pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione cessit et condescendit prout praesenti cedit et condescendit. Omneq et integrum Jus suum sibi ad praemissa deserviens in personas eorundem Generosorum Ustrzyckich Coniugum legitimorum Cessionariorum suorum, totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit, prout praesenti transfert transfundit et incorporat. In quod quidem Jus Cessum praemissorum omnium et singulorum praesenti abscessorum. Jam ex nunc et de facto Idem recognoscens Generosus Florianus Luzinski Idem Generosis Ustrzyckim coniugibus legitimis Cessionariis suis dat et admittit Coram Officio praesenti realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos, die quacunq voluerint Officiose acceptam. Per ipsos Generosos Ustrzyckie Coniuges legitimos Cessionarios suos, hoc idem Jus praesens Cessum praemissorum omnium et singulorum cum Universis eorundem Utilitatibus et emolumentis competentiisq et praerogativis quamvis tenendum habendum et possidendum illisq quiete et pacifice fruendum ad suosq quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter convertendum Juris originalis ea omnia laus in se complectentis praesentisq Cessi et transfusi Vigore.

Judicii Terrae Sanocensis

e c.

a Reuisum.